

vobis habitatoribus de Eviça, tam militibus quam aliis, sive sint layci sive clerici, et successoribus vestris, quod secundum quomodo usitatum est et hactenus observatum, habeatis, colligatis et abstrahatis salem de stagno salinarum de Eviça, ita videlicet quod de quolibet mundino habeatis unum bisantium et dimidium ad proprietatem vestram, et communitas terre habeat de gratia nostra unum *milleresium* ad opus murorum construendum et reficiendum et ad alias necessitates quas suis temporibus invenerint tam in guaytis quam in talayis quam in aliis hujusmodi, et hoc facimus ad defensionem et conservandum bonum statum totius terre et castri de Eviça; residuum vero de pretio cujuslibet mundini sit de dominio meo per quartam partem, et tres partes que remanent sint de dominio venerabilis Guillelmi de Montegrino Gerundensis sacriste et successorum suorum; et ille *mileres* quem damus de gratia ad conservandum bonum statum terre, ut superius dictum est, committatur alicui probro homini et fideli de consilio proborum hominum et bajuli nostri qui pro tempore fuerit et de consilio illius qui vicem venerabilis sacriste Gerundensis tenuerit in Eviça et successorum suorum, et ille expendat dictum *mileres* in predictis usibus et teneatur reddere compotum quolibet anno nobis et bajulo nostro et illi qui locum venerabilis sacriste Gerundensis tenuerit in Eviça. Volumus etiam et stabilimus in perpetuum quod pretium cujuslibet mundini salis non ascendat ultra viginti duos *milleres*, nisi nos et sucesores nostri et venerabilis Guillelmus de Montegrino sacrista et sucesores sui de consilio proborum hominum et universitatis de Eviça vellemus augmentare pretium predictum. Volumus etiam et constituimus quod quolibet anno, tempore salis dividendi in stagno de Eviça ut inde abstrahatur, eligantur tres probi homines et fideles de Eviça per bajulum nostrum et illum qui locum venerabilis sacriste Gerundensis tenuerit in Eviça et per probos homines de Eviça, qui tres fideles jurent se fideliter dividere plateas stagni de Eviça ad bonam et rectam estimationem, et hoc idem fiat in estimatione sive in mensuratione que consuevit fieri apud *carregador*, nullo pretio inde recepto; et si quis aliquid receperit, inde ipso facto incurrat penam centum bisantium et per quinquennium non possit abstrahere salem de stagno de Eviça. Et propter predicta omnia et singula non intendimus vobis dare jurisdictionem aliquam vel dominium in stagno nec sale ipsius stagni. Et propter predictas concessionem et laudationes confitemur a vobis recepisse quingentos bisantios, renuntiantes exceptioni pecunie non numerate. Datum Barchinone XII kls. julii anno Dni. MCC sexagesimo primo. Sig† num infantis Jacobi, illustris regis Aragonum filii, heredis Majoricarum et Montispessulani. Testes sunt Arnaldus Dei gratia episc. Barchinonensis, Jaubertus vicecomes Castrinovi, Bernardus de Sancta Eugenia, Arias Ivanyes, Ferrandus Ivanyes. Sig† num Michaelis Baboti ejusdem dom. Infantis notarii qui mandato ipsius hoc scribi fecit die et anno predictis.

La misma concesión en iguales términos hace recíprocamente el sacrista de Gerona, expresando que por ella recibe 1,500 besantes. La fecha es del día siguiente, y figuran como testigos Guillermo Gall, Guillermo de Marseyla castellano de Ibiza, Guillermo de Lladó, Pedro escribano de Ibiza, Ramon Brú y Jaime des Far capellán del sacrista; actúa como notario Pedro de Ribalta.

Número 8

Donación más amplia de las mismas salinas otorgada en 1267 á los habitantes de Ibiza por el Infante y por el referido sacrista, reservándose empero la jurisdicción y dominio sobre los estanques: la data de la de don Jaime es del 11 de Setiembre en Perpiñán, la de Montgrí del 18 del propio mes debió ser en algún punto de Cataluña. (Pág. 1323 del texto).

Noverint universi quod nos infans Jacobus, illustris regis Aragonum filius, heres Majoricarum et Montispessulani, Rossilionis, Ceritanie et Confluentis, per nos et nostros damus, laudamus et concedimus vobis universis habitatoribus de Eviça, tam militibus quam aliis sive sint layci sive sint clerici, et vestris successoribus in eternum, quod de cetero habeatis, tradatis, colligatis et abstrahatis, dividatis et carrigetis libere et absque contradictione sal salinarum stagni de Eviça, sine aliqua contradictione quam ibi et inde non facimus, quod dictum sal vobis et vestris colligendum et abstrahendum et carricandum damus et concedimus libere et quiete, promittentes vobis et vestris quod de sale stagni dictarum salinarum Eviçe de cetero non abstrahemus vel carricemus nec abstrahi vel carricari faciemus, imo illud vos et vestri habeatis, abstrahatis et carricetis sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque bonum et sincerum intellectum, salvo tamen et retento semper nobis et nostris in dicto sale jure quod inde habemus et percipimus et percipere debemus, pro ut in quodam alio instrumento quod inde a nobis habetis plenius continetur. Per hanc vero concessionem non intendimus vobis dare jurisdictionem aliquam vel dominium in predicto stagno vel in sale ipsius stagni, nisi ut superius continetur. Datum in Perpiniano tertio idus septembris anno Domini MCCLX septimo. Sig† num mei Infantis Jacobi illustris regis Aragonum filii, heredis Majoricarum et Montispessulani, Rossilionis, Ceritanie et Confluentis. Testes sunt Guillelmus de Castro Novo, Galcerandus de Urgio, Arias Ivanyes, Ermengaudus de Urgio, Gaustonus de Castellot. Sig† num mei Petri de Calidis qui mandato dom. Infantis Jacobi pro Petro de Capellades notario suo hoc scribi fecit et clausit die et anno prefixis.

La correspondiente merced del sacrista parece concedida fuera de Ibiza, pues no cita como á presentes sino á García Jiménez, Guillermo de Marseyla y Guillermo des Lladó nombrados los dos últimos en la anterior escritura, dando por ausentes á los demás naturales. Debíó de hacerlo en Gerona, pues asistieron como testigos Arnaldo des Pujol sacrista segundo de aquella iglesia, el capellán Arnaldo de Sant Martí, Ponce de Santa Cecilia escudero del sacrista Montgrí, y otorgó la escritura Ramon de Oller escribano de la curia episcopal de la misma sede. En ella reconoce haber recibido por dicha concesión 4,500 sueldos malgurienses.

Número 9

Confirmación dada por dicho Infante á la gracia hecha por Guillermo de Montgrí á los pobladores de Ibiza y Formentera, rebajando el laudemio que se pagaba por los trasposos de propiedades á un quince por ciento del valor de las casas y obradores y á un treinta por ciento del de las fincas rústicas. Falta el final y por consiguiente la fecha. (Pág. 1324 del texto).

Noverint quod nos Infans Jacobus, etc. laudamus et confirmamus vobis concessionem illam quam Guillelmus.... vobis fecit, quod de venditionibus et quibusvis aliis alienationibus quas vos vel successores vestri feceritis aliquo tempore de domibus et operatoribus constructis et de cetero construendis in castro et tota insula de Eviça et in costa eidem ville contigua et in circuitu ville et castris de Eviça, et de censualibus de Formenteria, donetis sibi et successoribus suis pro laudimio sive tertio quintam decimam partem tantum pretii quod habebitur de ipsis domibus et operariis et censualibus supradictis, et quod de venditionibus et quibuslibet aliis alienationibus quas vos et successores vestri feceritis aliquo tempore de alqueriis et rafallis, campis, ulivis et quibuslibet aliis possessionibus quas per dictum sacristam vel suos successores tenentur vel tenebuntur extra dictum castrum et villam de Eviça et in tota insula de Formenteria, exceptis censualibus de dicta insula de Formenteria, donetis dicto sacriste et suis successoribus tricessimam partem tantum pretii eorumdem pro laudimio sive tertio. Item laudamus et confirmamus vobis predictis universis et singulis hominibus de Eviça presentibus et futuris concessionem illam quam dictus sacrista vobis fecit, scilicet quod possitis stabilire seu in enfiteosim dare cuicumque volueritis, exceptis ecclesiis et locis religiosis, etc.....

Número 10

Enmienda mandada hacer en 1289 por Alfonso III de Aragón á Pedro de Sarriá su alcaide en el castillo de Ibiza y baile suyo en la isla, de los agravios y despojos irrogados al arzobispo y al paborde de Tarragona en la jurisdicción y dominio que sobre la misma poseían. (Pág. 1324 del texto not. b.)

Alfonsus Dei gratia rex Aragonum, Majoricarum et Valentie ac comes Barcinone fideli suo P. de Sarriano castellano et bajulo castris et insule de Eviça salutem et gratiam: cum ordinatum fuerit in generali curia Montissoni, quam nunc celebravimus, quod omnes illi qui sine cause cognitione spoliati fuerunt á tempore mortis felicis recordationis domini P. regis Aragonum patris mei citra aliquibus bonis et jurisdictionibus per nos vel de mandato nostro, restituantur ad eandem possessionem, et ex parte venerabilium archiepiscopi et

prepositi Tarrachone fuerit coram nobis propositum quod de mandato nostro, nulla juris cognitione preeunte, spoliatis eos jurisdictione, quam ipsorum bajuli in ipsis castro et insula consueverunt exercere hactenus temporibus domini regis Jacobi avi nostri et dicti dom. patris mei, non permittendo ipsos bajulos jurisdictionem exercere eandem sicut consueverunt; dicimus et mandamus vobis quod, si est ita, restituatis archiepiscopum et prepositum supradictos et eorum bajulos ad possessionem dicte jurisdictionis in qua erant tempore mortis patris mei predicti, et in eadem possessione ipsos de cetero non molestetis nec molestari ab aliquo non permittatis, non obstantibus aliquibus litteris in contrarium vobis factis, nisi aliqua alia justa causa opposita fuerit que obsistat. Dat. Ilerde XVI Kal. decembris anno Dom. millesimo CCLXXX nono.

Número 11

Instancia presentada en 1294 por Martín de Portmany vecino de Ibiza para que se proceda al deslinde de la porción del arzobispo de Tarragona de la del paborde de la misma iglesia, en el territorio de Corona confrontante con el Puig den Nono. (Pág. 1378 del texto.)

Anno Domini MCCLXXXX quarto Martinus Portmany obtulit Guillermo Scribe bajulo Eviçe pro dom. preposito Tarrachone quandam cedulam cujus tenor talis est: Com vos en G. Scrivá batlle en Eviça per lo senyor en G. paborde de Tarragona anassets á Corona per rahó de la partió la cual es en la partida del senyor archebisbe e del senyor paborde de Tarragona, e aquí fos micer R. Lança paborde de Eviça, en P. de Sarriá cavaler, en Bn. de Bedós cavaler, en P. de Postis, en G. de Gerona, en Bn. Company, en P. Bru, en P. Guasch, en Francesch de Roure, en G. son fill, en Berenguer Lorens, en G. de Buscastell, en Bn. des Tur, en G. Lancer, A. Pellicer, R. Bru, e den R. Guerau, e den Bgr. Costa, e den Bn. Costa, e d'altres molts: e aquí sobre el fet de las partions e de las montanyas rehebés testimonis antichs e legals, sobre los quals vos hagués vostre conseil, e haut, vos nos assignás aquí la partió entre el senyor archebisbe e el paborde; e aquí asporgás un pi lo cual fos senya, e que aquí degués esser fermada una fita la qual anás dret á un torrent qui va al peu del puig den Nono, retenent á vos que si alguna cartas ó carta trobavets á Tarragona, que segons que vos trobariets per cartas, que las partions anassen. On com vos siats stat á Tarragona de V anys passats á ensá que assó fo per moltas vegadas, e no hajats trobat altrás cartas, requir e protest jo, en Martí de Portmany, de part del senyor paborde de Tarragona e de la mia que dejats aquí posar fitas, segons que vos trobás per testimonis e per conseil, e d'assó requir que'm sia feta carta publica.

Número 12

Carta de infeudación de la isla de Formentera otorgada por Guillermo de Montgrí señor de Ibiça á Berenguer Renart en 19 de Agosto de 1246: es documento muy notable, que desmentiría por sí solo, cuando no concurrieran en su apoyo otros que van atrás citados, la opinión vulgar indicada al fin de la pág. 1315, de que la Pitiusa menor al tiempo de la conquista se hallaba despoblada. (Pág. 1302 y siguientes del texto.)

Sit notum cunctis quod nos Guillelmus de Montegrino Gerundensis sacrista et dominus de Eviça per nos et per omnes nostros presentes et futuros donamus ad feudum tibi Berengario Renardo et tuis in perpetuum totam insulam de Formentaria cum pertinentiis et tenedonibus suis et montibus et rupibus et planis et alcheriis et stagno et piscariis maris et terre et venationibus adempramentis universis et furnis et molendinis, excepta alcheria de *Alchanito* quam nobis francam retinemus cum omnibus suis pertinentiis et tenedonibus, et exceptis duobus spaciis soli in Mola, uno scilicet in quo possimus facere unum stallium cum trilia competenti ad opus nostri, et excepto alio solo in eadem Mola in quo Cacianus possit facere hospitium cum uno clauso pro ferragenali, et excepto uno orto ad opus dicti Caciani in alcheria del *Arenal*, et excepta laboratione trium parium bovum in dicta Mola ad opus heremitarum cum vineis secundum pertinentiam dicte laborationis, et in qua Mola dicti heremite possint facere oratorium et domos. Ita quod tu et tui habeatis pro nobis et successoribus nostris prefatam insulam ad feudum et faciatis inde nobis et nostris homagium, et vos et vestri teneamini nobis et successoribus nostris irati et paccati dare potestatem de omnibus fortiis, turribus et munitionibus quas aliquo tempore tu vel tui vel populores feceritis in insula supradicta ad consuetudinem Barchinone; et vos inde et vestri et omnes populores et habitatores dicte insule teneamini nobis dare ratione domini decimam panis vini et carni, sicut consuetum est nobis dare in insula de Eviça, et primiciam ecclesie de Formentaria, et etiam teneatis dictam insulam bene et convenienter populare, et tu possis populores dare et stabilire honores et populationes in dicta insula sicut volueris ad commodum tuum. Et quod omnes populores, laboratores et habitatores qui ibi erunt teneantur nobis dare et successoribus nostris facere homagium et sacramentum fidelitatis, et tu et tui possitis ponere bajulum vestrum super habitatoribus et populores dicti loci, in cujus manu teneantur firmare et litigare de causis et placitis ratione possessionum; et de hoc quod habueritis de placitis ratione possessionum teneatur vobis procurare vester bajulus quartam partem et cum sacramento, census vero et alii redditus et proventus possessionum sint vestri. Tu etiam et tui et populores ejus insule possitis in salinis abstrahere sal ad usus et opus vestri, sed non possitis inde trahere et alicui vendere vel dare sine speciali licentia nostra; et tu et tui possitis pescare in stagno et mari, et populores in mari sed non in stagno sine tua licentia et tuorum. Retinemus autem et hac donatione excipimus

omnes justitias tam maris quam terre et omnes aventuras maris, in quibus aventuris maris damus tibi et tuis quintam partem; et quod possimus ibi mittere et ponere bajulum istum, qui servet et teneat ibi pro tunc omnes justitias et jurisdictionem et qui unicuique tribuat jus suum, et publicum notarium in insula, exceptis firmamentis possessionum sicut serius continetur; et si vos cum armis aliquid lucrati fueritis in mari vel in terra á sarracenis vel á malis cristianis et raptoribus seu inimicis, habeatis tu et tui et alii habitatores et populores ipsius insule in hoc eandem partem quam habent populores de Eviça in consilio... Populores vestri possint quocumque voluerint inde libere recedere nulla data redemptione, et possint vendere, alienare vel impignovare suis consulibus habitantibus dicte insule possessiones eorum, etc. Actum est hoc decimo quarto kal. septembris anno Domini MCCXL sexto. Sig^{num} Berengarii Renardi qui hoc firmo et laudo.

Número 13

Donación de tres partes de la Mola de Formentera á la orden de ermitaños de San Agustín, otorgada por el sacrista Montgrí en 3 de Abril de 1258. (Página 1303 del texto.)

Noverint universi quod nos Guillelmus de Montgrí Gerundensis sacrista, per nos et successores nostros ob remedium anime nostre et parentum nostrorum damus et offerimus Deo et gloriose Virgini Marie ejus matri et vobis fratri Samueli tenenti locum fratris Arnulfi, prioris provincialis fratrum heremitarum ordinis sancti Augustini in Hispania, et successoribus vestris ac monasterio sancte Marie de Formentaria dicti ordinis in perpetuum, tres partes integras totius Mole insule de Formentaria cum arboribus et nemoribus et pascue, sicuti undique versant aque usque ad planum et hortum, sicut nos terminavimus presencialiter, qui est in alqueria que vocatur *Arenal*. Omnia, inquam, predicta damus vobis cum introitibus et exitibus tam per mare quam per terram, et quod possitis ducere vestrum bestiar ad adaquandum ad aquam que est in loco qui vocatur *Carnatje*. Hec, inquam, omnia universa et singula damus Domino Deo et ordini supradicto ad habendum, tenendum, possidendum et expletandum franche et libere perpetuo, dum dictus ordo vester durabit in insula supradicta; ita tamen quod vos et successores vestri numquam possitis predicta vel partem eorum dividere vel modo aliquo vendere, dare vel alienare, sed semper predicta omnia teneatis integre usui et utilitati vestri ordinis memorati. Actum est hoc tertio nonas aprilis anno Dom. MCCL octavo.

Rectificación á la pág. 731

Deseoso de explicar en mi observación á la nota de Piferrer la diferencia de más de cien años que media entre la construcción de la Capilla Real de la Seo, según acreditan de consuno el arte y la historia, y la época de Bernardo de Oleza á quien atribuye Mut los ángeles de mármol puestos en la misma y que florecía á la entrada del siglo xv, apelé á la conjetura de si se habrían colocado posteriormente las estatuas encima de las repisas y debajo de los doscetes de donde parten los arranques de la bóveda, llenando en los nichos un prolongado vacío. Ignoraba yo, ó habría probablemente olvidado lo que pudiera saber por mis largas é íntimas relaciones con el dignísimo representante de aquella noble estirpe, el inolvidable D. Jaime de Oleza, que en el oratorio de su predio de Son Seguí, se conservaban seis ángeles casi de un metro en actitud de tañer instrumentos, cuatro de piedra y dos de madera, los cuales sobre un alto y delgado pilar ocuparon por más de tres siglos los costados del presbiterio desde la citada fecha hasta el año 1729, en que para renovar todo fueron arrumbados con el venerable retablo que hoy se trata de restablecer, y devueltos al heredero del donante, no sin transmitir sus blasones á los cupidillos que los reemplazan encima del barroco remate de las pilastras existentes, de donde cuelgan los ricos paños de los Evangelistas. De este deplorable cambio de decoración se extendieron actas y documentos curiosos, que con posterioridad á lo escrito en el texto he tenido ocasión de ver, resultando de ellos la forma con que se hizo la sustitución de los altares en 6 de Agosto del referido año, y los nombres de los artistas, Juan Deyá escultor ciertamente estimable del nuevo retablo, y José Dardanone milanés encargado por el sacrista Togores de la dirección de la obra, acerca del cual cabalmente suministra noticias Jovellanos en uno de los opúsculos por primera vez publicados estos días (Agosto de 1891) por la sociedad editorial de ESPAÑA, de haber pintado al fresco las bóvedas de la casa del marqués de Vivot y el cuadro de la Circuncisión en Santa Eulalia, calificándole de pintor «de mucho fuego, buena composición y valiente dibujo, pero de colorido poco brillante». Basta á mi intento por ahora reconocer que confundí, sin alegar por esto como disculpa el no haber sido único en hacerlo, las estatuas de ángeles y santos adosadas á los muros laterales de la capilla real formando parte de su arquitectura (v. pág. 700) con los de carácter puramente ornamental de que acabo de dar cuenta y á que debió de referirse Mut. Distinguiéndolos exactamente, es por demás acudir á la ingeniosa y casi violenta solución que propuse. Sólo he de advertir que de la extensa descripción de la catedral, que figura como el más notable de los escritos inéditos de Jovellanos comprendidos en dicho tomo, se desprende que no pertenece al P. Villanueva la gloria, que le atribuí en la nota de dicha página 731, de haber sido el primero en consignar el emplazamiento de la catedral sobre la mezquita sarracena y la paulatina transformación de una en otra fábrica, sino al insigne huésped prisionero, que expone y comenta el hecho con luminosos datos, procurados al parecer por el erudito Barberi.

— FIN —

INDICE

	Páginas
INTRODUCCIÓN, por Piferrer.	V
HOMENAJE Á PIFERRER.—Plan de la ampliación de la obra, por Quadrado.	XII

PRIMERA PARTE

CAP. I.—Ojeada á la historia antigua de Mallorca.—Árabes.—Expedición de los catalanes, provenzales é italianos.—Último período de la dominación sarracena.—P.	19
CAP. II.—Motivos de la expedición de los catalanes y aragoneses á Mallorca.—Cortes en Barcelona.—Aprestos.—Embarque de los cruzados.—Travesía.—Victorias.—Sitio y toma de Palma.—Repartimiento.—Reflexiones generales sobre la dominación árabe en aquella isla.—P.	57
CAP. III.—D. Pedro infante de Portugal, señor de Mallorca.—Segundo y tercer viaje del rey á la isla.—Rendición de Menorca.—Toma de Ibiza.—Cambio de Mallorca por posesiones en Valencia y Cataluña entre D. Pedro y el rey.—Jurados y consejo auxiliar.—Cuarto viaje del rey á Mallorca.—Su testamento, repartición de sus reinos entre sus dos hijos D. Pedro y D. Jaime, y sus efectos.—D. Jaime II y demás reyes de Mallorca, hasta la incorporación de las islas á la corona aragonesa.—P.	129
CAP. IV (adicional).—Mallorca incorporada á Aragón bajo la rama primogénita de Jaime el conquistador (1349-1412).	193
Guerras de Aragón con Génova por la posesión de Cerdeña, y con Castilla por el encono entre los dos Pedros. Prevenciones y movimientos con ocasión de la fuga del Infante de Mallorca. Asistencia y donativos de los mallorquines en cortes generales; subsidios y privilegios. Pestes, hambres é inquietudes: alteraciones de régimen y banderías políticas; ejecución de Berenguer de Tornamira. Litigios entre la ciudad y las villas, de clase á clase y de barrio á barrio; mensajes á la corte. Precedentes de animadversión contra los judíos: matanza y saqueo del Call en 2 de Agosto de 1391. Proscripción de Bellviure, continuación del motín á pesar de los castigos. Sitio puesto á la capital por los insurgentes de fuera: detención de rehenes en el castillo de Bellver; exigencias de los sublevados. Conversión forzosa de los judíos; indulto real y remisión de pena á los culpables. Ruinosa estancia de Juan I y su comitiva en Mallorca por espacio de cuatro meses. Pragmáticas del virrey Anglesola, fracaso de la armada Santa. Desastrosa avenida de la Riera en 1403. Paz conservada durante el interregno á pesar de las disensiones intestinas.—Q.	201
	211
	221
	231